

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

1041

1039

1045

1035

468

De regionibus mundi, quas vidimus in quatuor plagis
terrae ex hoc sacro monte et descriptio terrarum,
aquarem etc.

1050

1030

1090

0990

0940

0540

0040

Ende

Anfang

In supercilio montis sanctae Catharinae stetimus et terras
ac provincias et regiones per gyrum consideravimus, etiam
longe existentes; siquidem ad longissimam mundi partem
vidimus, quia valde in alto stabamus, nec per nebulas aut
alias aeris indispositiones impedimenta habuimus. Conjecimus
ergo oculos primo contra orientem in latissimum fretum, in
sinum arabicum, qui et mare rubrum dicitur et de mari in-
dico progreditur, nec potuimus contra orientem videre oculis
corporeis nisi aquas, quae se extendebant usque in montana
Madian, ita, quod quasi per circuitum montis Synai vidimus
mare rubrum. Dura nimis et periculosa navigatio est maris
rubri, unde Jeronymus ad Rusticum monachum de monastica
vita sic de hoc loco loquitur: Navigantes mare rubrum multis
difficultatibus ac periculis ad urbem maximam pervenient
utraque enim littora gentes vagae, imo belluae habitant, fero-
cissimae; semper solliciti, semper armati, totius anni ferunt
cibaria; latentibus saxis vadisque durissimis plena sunt omnia,
ita ut speculator in summa arbore sedeat et inde regendo et
circumflectendo navis dictata praedicet. Felix cursus est, si
post sex menses supradictae urbis portum teneat, a quo
incipit se aperire oceanus, per quem vix anno perpetuo ad
Indiam pervenitur et ad Gangem fluvium, quem sacra Scrip-
tura Phison nominat, ubi nascuntur pretiosissima quaeque, et
montes aurei ibi sunt, quos adire propter gryphos et dracones,
et immensorum corporum monstra hominibus impossibile est.
Haec Jeronymus. De eodem mari indico contra orientem
alius sinus recedit magnus, qui est sinus persicus et in Per-
sidem regionem se extendit, a qua et nomen accepit. Haec
regio nominata in sacra Scriptura Persida dicitur a
Perseo, rege Argivorum, graece, qui eam multis proeliis
habitatis devicit et gentem, quae adhuc agrestis fuit, humaniter
vivere coegit et a se regioni nomen imposuit. De hoc Perseo
poetae multa fingunt et de ejus alato equo vide aliqua Parte
1. fol. 78 B. In illa regione erat quondam civitas potentissima,

